



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvartum

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput V. Idem Archiepiscopo, Præposito & Priori S. Mariæ de Albanio (a)  
Januensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74533)

præfata ætate decurfos, contra matrimonium allegavit, affeverans se ab initio diffen-  
fiffe femper ab illo: & quod dicit, per testes probat famâ, & conyerfatione præclaros.  
In hoc itaque cafu sentimus, quod adverfus matrimonium audiri non debet, quæ ante  
cognitionem fui legitimum annum attingens, cùm potuit, minimè reclamavit: ficut  
enim ante confenfum legitimum, qui in (b) anno 12. fperatur fecundùm jus canoni-  
cum, potuit diffentire, fic poftquam legitimo tempore accedente, femel etiam car-  
nali copulæ confenfuit, ex (c) ratihabitatione fibi fuper hoc filentium non ambigitur  
induxiffe.

## NOTÆ.

1. (a) **C**oeleftinus III.] Ita etiam legitur in fecun-  
da collectione, *sub hoc tit. c. 3.* ubi addi-  
tur pars capituli *laudabilem*, ut cognofcatur, in  
præfenti referri partem textus *in cap. laudabilem*,

*de frigid. & malef.* ut jam notavi *in c. 1. de except.*  
(b) Anno XII.] Juxta tradita *in c. 2. de depons.*  
*impub.*

(c) **Ratihabitione.**] Quia per confenfum fu-  
pervenientem purgatur metus præcedens, & le-  
gitimum confenfum fuperveniffe creditur, ut pro-  
bavi *in cap. ad id, cap. veniens, de fponf.*

## CAPUT V.

Idem Archiepifcipo, Præposito & Priori S. Mariae de Albanio  
(a) Januensi.

**S**ignificante M. de Camilla cive Januensi, noftro eft Apoftolatui declaratum, quod  
Scùm ipfe M. mulierem deduxiffet legitime in uxorem, S. mater mulieris ipfius nifâ  
eft matrimonium accufare, ut ab eo pecuniam extorqueret. Et licet intellectui fuo  
prava non poffint opera respondere, nihilominus tamen vult habere pecuniam, ut  
à matrimonii ejus accufatione defiftat. Cùm igitur non fit (b) malitiis hominum in-  
dulgendum, difc. v. per A. f. m. quat. fi verum eft quod proponitur, præfatham mulie-  
rem ab accufatione ipfius matrimonii repellentes, eidem fuper hoc perpetuum fi-  
lentium imponatis.

## NOTÆ.

1. (a) **Ammeni.**] Ita etiam legitur *in cap. 2. hoc tit.*  
*in 3. collect.* De Januensi Metropoli agemus  
*in cap. per veftros, de donat.* Prioratus sanctæ  
Mariæ de Albanio eft in Metropoli Januensi Ca-

nonicorum Regularium Ordinis D. Auguftini;  
quod monafterium erat membrum congregatio-  
nis Mortarienfis, ut refert Pennotus *lib. 2. hiftor.*  
*Canonic. Regul. c. 27. n. 2.*

(b) **Malitiis hominum.**] Verba funt textus  
*in l. 2. fundum 39. ff. de rei vind.*

## CAPUT VI.

(a) Idem.

**C**um in tua diocefi. *Et infra:* Si verò poft contractum matrimonium aliquis appa-  
reat accufator, cùm non prodierit in publicum quando (b) banna, fecundùm  
confuetudinem in Ecclefia edebantur, utrum vox fuæ debeat accufationis admitti,  
merito quæri potest. Super quo fic duximus diftinguendum, quod fi tempore de-  
nunciationis præmiſſæ is, qui jam conjunctos impetit, extra dioceſim exiſtebat, vel  
aliâ denunciatio non potuit ad ejus notitiam pervenire, utputâ fi nimia infirmita-  
tis fervore laborans sanæ mentis patiebatur exitium; vel in annis tam teneris con-  
ſtitutus, quod ad comprehensionem talium ejus ætas fufficere non valebat, feu aliâ  
(c) cauſâ legitimâ fuerit impeditus, ejus accuſatio debet audiri, alioquin cùm ratio-  
nabiliter præſumatur quod denunciacionem publicè factam idem exiſtens in ipſa dioe-  
ceſi minimè ignoravit, tanquam ſuſpectus eſt proculdubio repellendus, niſi proprio  
firmaverit juramento, quod poſtea didicerit ea, quæ objecerit, & ad hoc ex malitia  
non procedat; quia tunc etiamſi didiciſſet ab illis, qui denunciacionis tempore fi-  
luerunt, claudi non debet eidem aditus accuſandi: quoniam eſſi ab impetitione hu-  
jusmodi culpa de ſilentio tali contracta illos excluderet, iſte tamen amoveri nequi-  
ret, cùm culpabilis non exiſtat.

## NOTÆ.